

194.
DIVInâ gratiâ CLeMenter IUVante!

ACTIONUM
BONÆ FIDEI

ET

STRICTI JURIS DIFFE-
RENTIÆ PRINCIPES:

Quas publicitûs

In Illuſtri Charitinarum EBERHARDINA,

Sub Umbone

DN. JOHAN-ANDREÆ Frommann/

J. U. D. & Prof. Ordin. Facult. h. t.

DECANI,

*Ad veritatis æquilibrium appendere
periclitabitur*

FERDINAND-CHRISTOPHORUS HARPPRECHT,

Tubingensis, Auth. & Resp.

In Acroasi Juridicâ

Calendar. Novembr.

horis consuetis.

TUBINGÆ,

Formis Academicis Gregor! Kerner! 1669.

iss. jur. civ.

21/10

Eryc. Putean. in Syntag. de Lacon.

*In Musarum palæstrâ vincaris, an vincas, si optio de-
tur, juxta putes: hic honoris plusculum, illic fructus est.
Discit, qui vincitur; docet, qui vincit: alter sine fastu Ma-
gistri, alter sine rubore discipuli partes sustentans.*

SPECTATISSIMI
FACULTATIS JURIDICÆ
DECANI,

*Viri auctoritate, virtute, eruditione famâque
ac meritis Incluti,*

DN. JOHANN-ANDREÆ
Frommann/


ICtor. GERMANIÆ Præclari Decoris,
Tubingensis Academia Celeberrimi Professoris,
Præsidis sui, Præceptoris ac Patroni sacrosanctè
demerendi

perennaturam Nominis gloriam
priscâ Votorum formulâ veneror

Cliens ac discipulus ætatem devotus,

FERDINAND. CHRISTOPHORUS HARPPRECHT.

DIu filii; nec filii tamen, VIR CON-
SULTISSIME: filii apud Te; non filii, de
Te (sacrilegus cætero quin) qui mea subinde, re
& con-



& consilio, studia adjutans indefessus instas ἐργασίᾳ
κλῆς, & quod Ambrosius olim Origeni, id ipse es mi-
hi. Ego verò nomen ante meum obliviscar, quàm
FROMMANNUM, quem penitus ἐν δέλτοις φρενῶν
inscriptum & μυελῶ ψυχῆς, κατ' Εὐριπίδῳ, infixum cir-
cumfero. Cæterum id unum modò patere, quæso, ut
isthæc obligatoria tabella de dicatissimo Tibi animo
testetur, qui semper obligatus esse Tibi, & nunquàm,
si vel posset, dependere cupit, ut à Te semper pendeat.
Quod reliquum est, DEUS faxit, ut præcellens glo-
ria Tua bonorum omni genere cumulata non in Te
modò quàm diutissimè perstet incolumis; sed &
παισὶ παιδῶν μεταλαμπαδευομένη FROMMANNIANÆ
Genti fiat propria, & in natis natorum perpetuò hæ-
reat! ità vale seculi Lumen, & me, quod facis, ære Ti-
bi quæsitum ac libra quàm faventissimè fove.

*E Museo.
Calendar. Novembr.
M. DC. LXIX.*

ADSIT PROPITIATOR JESUS!
PRINCIPES,
INTER
ACTIONES
BONÆ FIDEI & STRICTI JURIS,
DIFFERENTIÆ.

Ad §§. 28. 29. & 30. Inst. de Actionibus.

Resp. FERDINAND-CHRISTOPHORUS HARPPRECHT, Tubing.

THESES I.
DIFFERUNT HÆ ACTIONES

I. Nomine : Priores Bonæ Fidei appellantur ; Stricti Juris
posteriores. Et ita quidem

Non, quòd *bona fides* in illis solis observetur ; à *stricti verò juris*
judiciis exulet : quod esset contra *l. 4. C. d. Obl. & Act. Pac. in anal. C. d.*
O. & A. num. 5. Vinn. ad §. 28. l. h. t. n. 1. Schneid. ad eund. §. n. 5. & 6.
Mantic. de tac. & amb. convent. vol. 1. lib. 1. t. 9. n. 6.

Non, quòd à *bonæ fidei* judiciis præcipuè dolus abesse debeat , ut
existimat Curt. notatus eo nomine à *Duar. d. in lit. jur. n. 14. 15.*

Non, quòd *hæ* vindicent mala fide gesta : nam & ipsa *bonæ fidei* ju-
dicia de mala quoque fide esse dicuntur à *M. Tull. de Nat. Deor. & jura*
docent plusquàm manifesta.

Non, quòd in *stricti juris* actionibus τὸ ἀνεπιβόητος s. sum-
mum jus summa cum injuria partium servetur , inhærendo verbis LL.
contra mentem LLatoris : esset enim id contra *l. 8. C. d. judic.* Vid. ibi
Dn. Brunnem. Quanquàm voces hæ sub hoc intellectu , qui juri-
dicus haud est , non paucis imponant ; quod & factum *Amesio de cas.*
conf. l. 5. c. 42. n. 22. qui ob id divisionem hanc conscientix adversari
putat. Dn. Rebhan. in *Hodeg. jur. c. 2. cl. m. 4. p. 728.* ubi *l. 22. d. donat.*
l. 30. l. 66. d. cond. ind. & alia loca contra hunc significatum adducit.
Dn. Brandmyl. in *manud. ad Ius Can. & Civ. voc. Actio. pag. 23.*

Non, quòd olim, cùm judicia adhuc essent ordinaria , si in formu-
la verba hæc : *EX BONA FIDE* , legerentur inserta , vel non , inde
b. f. vel non facta fuerit actio ; ut sentit Dn. Franzk. 13. *Exerc. 7.* & intimat
Valer. Max. lib. 8. c. 2. ex. 1. Cic. l. 3. Offic. & in Top. ibique *Boët. &*
alludens eò Senec. l. 2. de Clem. & l. 3. de benef. Nam hac ratione , ante

formu-

†

Differunt
Actiones

Bonæ fidei
&

Stricti juris
I.

Nomine.

formulæ conceptionem, nulla actio b. f. aut stricti juris fuisset, & sic nec contractus ullus; quod esset contra l. 32. §. 2. d. usur. l. 13. C. d. p. c. l. 3. C. d. R. Cr. & alios plures textus: nec nunc, post dudum factam formularum sublationem, actio aliqua b. f. aut stricti juris esset.

Non, quod contractus b. f. & juris Gg. in templo Fidei (vid. Plin. H. N. l. 35. c. 10. Cic. l. 3. Offic. & in 2. de Nat. Deor.) à Romanis celebrati fuerint, & clam quidem arbitris ac nemine, nisi Dea Fide, præsente, ut nonnulli persuasum habent; sed sine historię fide, ut latè examinat Mantic. d. l. num. 5.

Sed ita dicuntur *Bona Fidei* quidem actiones ab exuberantia *bonae fidei* & æquitatis religioni judicantis per omnia à jure permittæ; imò præscriptæ. Bocer. ad l. 23. d. R. Jur. c. 2. n. 3. Barbos. locupl. voc. actio b. f. ax. 1. Vinn. d. l. quæ propterea etiã largioris juris rectè appellari possent. Schneidew. ad d. §. 28. n. 4. quod conventiones ejusmodi ex bono & æquo plenius solent interpretari. l. 3. C. pro soc. l. 5. C. d. resc. vend. apicibus juris longè relictis. l. 29. §. 4. Mand. Mantic. d. l. n. 8.

In *stricti* verò *juris* actionibus hoc secus se habet; quæ ab eo dicuntur, quod in iis judicis potestas sit adstricta, arg. §. un. l. d. obl. ex cons. ita, ut quod verbis non est expressum, benigna juris interpretatione non possit intelligi. l. 99. d. V. Obl. l. 126. §. 2. in f. eod. Mant. d. l. n. 9. scilicet quia & ipsi contractus stricta & angustiore bona fide contrahentium constituuntur. Bocer. d. l. Add. Mozz. d. contract. art. 4. n. 14. & seqq.

II.

II.
Definitione.

II. Definitione. *Bona fidei* actiones sunt juris remedia, in quibus judici libera potestas est æstimandi, quid alterum litigatorum alteri ex æquo & bono præstare oporteat. l. 2. §. 3. l. 5. princ. d. Obl. & A. §. 30. l. d. act. arg. §. un. l. d. Obl. ex cons. Vinn. d. l. n. 2.

Stricti verò *juris* actiones sunt juris remedia, in quibus judex de eo, quid actori reum præstare oporteat, vel ex verbis conventionis, vel (nec enim ad sola conventionis verba in his judicis adstringitur potestas, ut nonnullis placet; sed perperam propter l. 3. d. R. Cr. fac. l. 1. C. d. cond. ind. Bocer. d. l. c. 2. n. 7.) ex stricta actionis natura æstimare tenetur. arg. d. §. un. d. l. 99. d. V. Obl.

III.

III.
Causa Efficiente.

III. *Causa Efficiente, Remotam*, (quæ Jus Civile est. Bocer. d. l. n. 11. Dn. Rebhan. d. l. ubi p. 632. in originem hujus rei accuratè inquirunt)

ritz

Differentia inter Actiones bonæ fidei & stricti juris.

rit: Gentium enim jus & rem & nomina hæc ignorat.) *impellente*; quæ *Impellente remotam.*
quidem in *b. f.* judiciis est

Non negotiorum, ex quibus veniunt, antiquitas: quid enim in antiquitate, quoad hoc, momenti? & quis stricti juris negotia omnia introductione illis posteriora esse asserere vellet?

Non eorum etiã utilitas: exemplo contractûs mutui maximam humanæ societati, præ aliis *b. f.* contractibus, utilitatem afferentis; qui tamen stricti juris, *arg. §. 28. l. d. act.*

Non eorundem etiã frequentia, ut existimat Joh. Faber *ad d. §. 28. in fin.* Schneid. *d. l. n. 18.* exemplo contractûs æstimatorii resp. mutui minus frequentis; qui tamen *b. f.* est. *d. §. 28. arg. l. 1. pr. d. æstimat. act.* exemplo item ipsius contractûs mutui. *l. 9. §. 8. d. R. Cr.* qui frequentissimus; & tamen stricti juris.

Non etiã vinculi obligationis duplicitas, quæ in contractibus *b. f.* occurrit, ut quidem; sed malè, cum aliis docet Vinn. *ad d. §. 28. n. 2.* idq; exemplo contractûs permutationis, qui dubio procul *μὴν ὁ τὰ ἀποσ;* & tamen *b. f.* per *d. §. 28.* exemplo item contractûs æstimatorii, qui, quoad hæc, ejusdem naturæ: nec non promissionis de dote restituenda, quæ unilateram obligationem parit; & tamen *b. f.* est. *§. 29. l. d. action. l. un. §. 2. C. d. R. Vx. act.*

Non etiã mutua in *b. f.* negotiis præstatio: ut quidem vult Franzk. *13. exerc. 7.* quia & in mutuo ea est; quod tamen, uti d. est stricti juris.

Sed in aliis est duplicitas vinculi obligationis: Dùm enim uterque ex negotio obligatur, uterque id communi voto valere velle præsumitur, non quod concisis brevibusque verbis lingua nuncupatum; sed quod *b. f.* ratio utrinque desiderat. Vinn. *d. l.*

In aliis affinitas summa cum *b. f.* contractibus, emptione, locatione, mandato: qualis causa in æstimatorio contractu & permutatione proculdubio fuit. *fac. l. 1. pr. d. æstim. act. l. 1. pr. d. rer. permut. §. 2. l. d. E. vendit.*

In alia demum favor dotis, nempe in actione ex stipulatu de dote repetenda. *d. §. 29. l. d. act. junct. l. 2. d. jur. dot. l. 1. sol. matrim.*

At in stricti juris judiciis & actionibus causa introductionis differentia tantum fuit vinculi obligationis unitas: Cùm enim unus tantum ex tali conventionem obligetur, nulla subest peculiaris æquitas, quæ laxius suadeat interpretamentum,

IV. Cau-

IV.

IV.
Principali.

IV. Causa Efficiente principali eaq; proxima; quæ, omnium quidem tam b. f. quam stricti juris judiciorum, in genere est

Non jus in re: Nec enim in toto jure legerit quis actionem realem, quæ hujus juris est effectus, b. f. vel stricti juris dici; & fac. huc §. 31. ibi: sed istæ actiones tam in rem, quam in personam inveniuntur. l. d. Act. l. 5. pr. & §. fin. d. in lit. jur. Franzk. 13. exerc. 8. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 14. th. 4. E.

Non etiã jus ad rem s. obligatio ex delicto descendens. ob eandem rationem. Bicc. in R. Q. sect. 5. th. 20. Diss. Arn. Vinn. d. l. n. 5.

Sed obligatio descendens ex conventionione, eaq; vel simplici; sed quæ tamen pactum lege vestitum sit, vel contractu vero & quasi: quod ex inductione omnium facile patescit.

At in specie actionum b. f. causa proxima est obligatio ex conventionione à jure istam habente qualitate, ut actione ex ea instituta iudex liberiores habeat ex æquo & bono æstimandi facultatem.

Stricti verò juris actionum est obligatio ex contractu ista qualitate à jure prædito, ut actione ex eo institutâ iudici non liceat recedere à verbis conventionis, aut stricta negotii natura. Quanam autem sint ejusmodi conventioniones b. f. vel stricti juris, mox apparebit. Hic verò observârunt alii, quòd, utut b. f. contractuum frequens in jure fiat mentio; stricti tamen juris contractuum appellatio vix inveniatur: sub appellatione tamen, quòd non bonâ fide sint, exprimentur in l. 57. princ. d. O. & A.

V.

V.
Subjeeto.
Differentia
1.
Certa
in
Genere.

V. Subjecto. l. Actionum b. f. subjectum in genere sunt ex actiones, quæ in d. §. 28. & seq. expressè vel implicite, nempe per bonam consequentiam, sunt enarratæ. Diversum non nihil sentit Bicc. d. l. th. 17. lit. i. & Joan. Cöppen, ficulneo planè nifus argumento. l. 2. Observ. 93. num. 11.

At actionum stricti juris subjectum in genere sunt ex, quæ in dd. §§. ita omiffæ. Mozz. d. l. num. 30. & seq. Bocer. d. l. c. 2. n. 11. Vinn. d. l. num. 5. Ludw. D. lust. 16. th. 6. d. Dn. Struve. π. d. O. & Act. th. 71. quam sententiam passim à DD. receptam esse tradit Mant. d. l. n. 3. & propugnat Parens m. ætatem venerandus Joan. Christoph. Harpprecht Delib. iur. q. 50. p. 21.

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti juris.

In specie autem b. f. non stricti juris, actiones sunt actiones omnes ex contractibus tum veris iisque realibus

Specie.

Nominatis, nempe actio

Commodati, d. §. 28. l. 3. §. 2. Commod.

Depositum, d. §. 28. l. 1. §. 23. l. 29. §. 1. Depos. tam simplex, quam sequestraria, l. 5. §. 1. eod.

Pignoratitia, d. §. 28.

Et innominatis, non tamen in genere omnibus, ut quidem docet C. I. A. π. d. prescr. verb. th. 14. n. 6. Bicc. d. sect. 5. th. 17. lit. i. sed praescriptis verbis ea, quae de aestimato proponitur, s. aestimatoria, d. §. 28. d. l. 1. princ. d. aestimat. & ea, quae ex permutatione competit, d. §. 28.

Tum Quasi contractibus, nempe actio

Negotiorum gestorum, d. §. 28. l. 7. l. 8. d. N. G. sub qua implicite omnino & Funeraria continetur ob majorem in ea elucetentem aequitatem, l. 14. §. 6. & 19. d. Relig. & sumt. fun. Patrocinatorum contra Bachov. Vir J. C. t. s. Dn. Prof. Bardili Exerc. ad π. 25. d. Obl. & Act. th. 11.

Tutelae, d. §. 28. sub qua & protutelae Imp. vult intellectam, arg. l. 1. §. 8. d. eo, qui pro tut. junct. l. 32. §. 2. d. usur. item l. pen. d. eo, qui pro tut. Diss. Schneid. d. l. n. 10. refutatus à Gothofr. in not. ibid.

Familiae eriscundae, d. §. 28. l. 9. C. fam. erisc.

Communi dividundo, d. §. 28. l. 14. §. 1. Comm. divid. l. 4. §. 2. eod.

Hereditatis petitio, d. §. 28. l. 25. §. 18. w. l. 7. C. d. Her. pet. Vid. Vinn. d. §. 28. in fin. A qua in genere nominata in d. §. 28. logica illatione ad species ejus, nempe hereditatis petitionem civilem praeripimus, arg. t. t. w. & C. de Her. pet. sed & possessoriariam, arg. l. 2. d. poss. her. pet. nec non fideicommissariam, arg. l. 2. d. fideic. her. pet. descendere utique licet, Diss. Schneid. d. l. n. 14.

*Qualis descensus recte instituitur à nominata in genere in d. §. 28. actione ex contractu *συνελεύρω* inaequalis obligationis, e. gr. commodati, depositi, ad species singulas, nempe directam & contrariam: cum & contraria ex ejusmodi contractu descendat, & sic sub generali actionis nomine contineatur. Schneid. d. l. n. 15.*

Insuper ex contractibus consensualibus descendentes actiones omnes sunt b. f. nulla stricti juris, d. §. 28. §. un. 1. d. obl. ex cons. nempe

Emiti venditi, d. §. 28. d. §. un. l. 11. §. 1. l. 13. §. 20. d. Act. Emt. junct. l. 32. §. 2. d. usur.

Locati

Ad §. 28. & seqq. I. de Action.

Locati conducti. dd. §§. l. 54. princ. locat.

Sub qua & priori Emphyteuticariam contineri extra dubium est. *arg. §. 3. l. d. locat. Ludw. d. D. 16. th. 6. C. Dn. Struve. π. d. Obl. & A. th. 71. Contraria sit licet DD. schola communis cum Sarmiento sel. interpr. l. 3. c. 3. princ. fol. m. 186.*

Pro socio. dd. §§. l. 3. in fin. l. 45. l. 60. pro soc.

Mandati. dd. §§. l. 10. princ. & §. 3. l. 54. princ. Mandat.

Sed & ex stipulatu actio, utut ex contractu *μονοπλευρω* veniat, talis est; verum ea tantum, quæ, ratione objecti, pro dote repetenda competit. *§. 29. l. d. Act. l. un. C. d. R. Vx. Act.*

VI.

E contrario *stricti juris*, & non *b. f.* actiones, sunt actiones e. g. ex *pactis legitimis* sec. *Gl. in l. 7. §. 5. & Wesemb. in π. d. pact. num. 3. arg. d. §. 28. ut est:*

Actio de constituta pecunia. arg. d. §. 28. arg. l. 16. §. 1. d. const. pec. junct. l. 5. & l. 7. d. eo, quod cert. loc.

Condictio ex lege de donatione. arg. d. §. 28. l. 22. d. donat. Dn. Hahn. ad Wesemb. w. d. donat. n. 2. verb. stricti juris.

Condictio ex l. 6. C. d. dot. promiss.

Item ex *Contractibus μονοπλευροις*, tum *veris*: qualis est ex *realibus* quidem *nominatis* descendens

Condictio certi ex mutuo. arg. l. 1. junct. l. 7. pr. d. eo, quod cert. loc. arg. d. §. 28. l. 17. pr. d. pact. l. 11. §. 1. d. R. Cr. Bicc. in R. Q. d. sect. 5. th. 22.

Ex *innominatis* actio præscriptis verbis ex quatuor articulis, sc. *do ut des*; (quæ contradistinguitur permutationi.) *do ut facias*: *facio ut des*: *facio ut facias. arg. d. §. 28. Ludw. d. l. e. quam sententiam & receptiorem & veriolem esse arbitratur Beat. Dn. Proavus m. Joan. Harpprecht in Comm. ad d. §. 28. n. 89. Dis. C. I. Argent. w. d. præscr. verb. th. 14. n. 6. Dn. Struve. w. d. l. cum quo tamen & aliis quibusdam non audemus à duabus speciebus in §. 28. propositis ad genus argumentari. Add. P. Bus. ad d. l. 24. d. præscr. verb.*

Ex verborum contractu actio ex stipulatu, tam in specie sic dicta, quam *condictio certi ex stipulatione. arg. d. §. 28. & 29. l. d. action. junct. princ. l. d. V. Obl. quicquid de illa, post C. I. A. π. d. V. Obl. th. 74. sentiat Bicc. in R. Q. d. l. th. 23. non stricti juris; sed arbitrariam eam esse*
defen-

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti juris.

defendens : Nam cum loci demum adjectione arbitraria fiat, l. 7. §. 1. d. eo, quod cert. loc. consequens est, eam ex se stricti juris esse, d. l. Add. l. un. §. 2. C. d. R. Vx. act. l. 7. d. N. G. Bocer. d. l. c. 2. n. 7.

Porro è literarum s. chirographario contractu condictio ex literis, arg. d. §. 28. Maul. thesaur. theor. pract. Rubr. d. liter. oblig. n. 4.

Tum *Quasi ex contractibus*; ex quibus stricti juris actiones descendentes sunt:

Finium regundorum, arg. d. §. 28. Dn. Struve. w. d. l. non obstante, quod objicit Bicc. d. l. th. 17. lit. i.

Actio ex testamento, arg. d. §. 28. arg. l. 5. princ. junct. l. 6. d. in lit. far, item arg. l. 5. d. eo, quod cert. loc. l. 3. C. in quib. caus. in int. rest. non oblit. l. 34. d. asur. in quam multis enim de natura b. f. actionum participat, ut in usuris præstandis, d. l. in fructibus, t. t. C. d. usur. & fruct. leg. cautione item, l. 1. pr. & t. t. ut leg. caus. cav. & aliis. Latè Schneid. d. l. n. 8.

Condictio indebiti, arg. d. §. 28. arg. l. 1. C. d. cond. in deb. junct. l. 32. §. 2. d. usur. non oblit. l. 66. d. cond. ind.

Item conductiones reliquæ, quæ quasi contractus pro matre sua agnoscunt, arg. d. §. 28.

Insuper etiã actio s. interdictum de precario, arg. d. §. 28. arg. l. 14. d. precar. junct. l. 22. d. donat.

De his omnibus tam b. f. quam stricti juris actionibus tandem etiã notandum, quod si actio aliqua instituat ex alterius contractu adversus nosmet, vel ob voluntatem concurrentem cum illo contractu, vel ob id, quod ex eo in rem nostram versum quid est, illa que b. f. sit, actio quoque illa b. f. sit, non stricti juris, ut est actio, e. g. Empti, Locati, &c. exercitoria, institoria, tributoria, de in rem verso, de peculio, quod jussu; & contra, ut est condictio certi ex mutuo exercitoria, institoria & sic porro. Cujus ratio: quia non novæ sunt ejusmodi, quoad fundamentum, actiones; sed tantum, quoad subjectum passivum, adjectitia qualitate auctæ. fac. l. 5. §. 1. in fin. d. exerc. act.

Insuper & utiles actiones sub directis contineri facillè apparet ex l. 47. §. 1. d. N. G. Ludw. d. l. c.

VII.

2. A Subjecto contrahente differentia communiter à veteribus Jctis statuitur, nempe quod omnis contractus cum Principe initus sit b. f. nullus stricti juris; prout hanc sententiam communiter DD. fove-

z.
Dubia

fovere notat & autoritatibus munit Mozz. d. tr. d. contract. art. 4. num. 26.

Qui num. seq. 27. & hoc addit: quòd idem in contractibus coram Principe tantum celebratis procedere post Baldum, Jason, Plotus affirmet;

imò alios longius progredi, & contractus à sacerdotibus factos omnes esse b. f. non verò stricti juris, de jure Canon. docet idem Mozz.

Deniq; hoc ipsum etià ad celebratos inter mercatores contractus extendit cum Baldo, Santareno, Purpurato, G. Barschamp tr. d. Claus. c. 9. §. 5. n. 56.

De quorum tamen omnium fundatâ, in jure tam Can. quàm Civ. sed & observantiâ fori, veritate nos dubitamus vel maximè.

VIII.

VI.
Objecto.
1.

VI. Objecto; quod his actionibus peti & adjudicari potest. Sanè

1. In b. f. judiciis veniunt ea, quæ habent æquitatis rationem; etsi non sint in conventionem expressa, Bocer. d. l. n. 6, nec cogitata etià. Gothofr. ad Schneid. d. l. n. 50.

At in *stricti juris* judiciis veniunt ea tantum, quæ expressa sunt; etsi sine expressione illa aliquam iniquitatis rationem haberent; aut sanè, quæ verisimiliter cogitata. Gothofr. d. l. Exemplo res declaranda; Etsi æquum esse creditur, & in id etià agi potest, ut, locatione, ad certum tempus licet, facta, locator domus conductorem invitum expellat, si probaverit, domum elocatam ad proprios usus sibi necessariam esse. l. 3. C. d. locat. æquitas tamen hæc non attenditur, si conductor prospexerit sibi stipulatione de non expellendo in hunc casum. Sichard, ad d. l. 3. n. 7. Sic si quis conduxerit pro certa mercede ædes, ad reparationem ostiorum, fenestrarum, & similibum, præstationem item funis ad hauriendum aquam, agere potest, etsi in contractu nihil de hoc fuerit expressum. l. 15. §. 1. l. 25. §. 1. locat. At si pro uno nummo conduxerit easdem, quia hoc donationis (quam stricti juris esse dictum est) instar inducit, l. 46. eod. ad hæc ipsa, si non ita per stipulationem fuerit conventum, agere nullatenus potest. arg. §. un. l. d. Obl. ex cons. l. 99. d. V. Obl. Mozz. d. tr. d. contract. art. 4. n. 35. & seq.

IX.

2. In *Bona fidei* judiciis veniunt ea, quæ sunt moris & consuetudinis, utut de illis in contractu partes nihil expresserint. Schneid, d. l. n. 49. modò

Differentia inter Actiones bonæ fidei & stricti juris.

modò, ut præstentur, bona fides deponat. text. gen. in l. 31. §. 20. d. edil. Ed. Ita an e. g. pro evictione venditi fundi caveri oporteat, vel in quantum & quomodo, bona fides exigit, ut ex consuetudine loci contractus petatur. l. 6. d. evict. & ibi Gothofr. in not. lit. y. Ita jure Justin. quia duplæ stipulatio assidua fuit in venditione rerum pretiosarum servorumque, hoc jure exempto agi potest, ut cautio hæc præstetur. d. l. 31. §. 20. junct. l. 37. princ. & §. 1. d. evict. Nicol. Burgund. d. evict. c. 2. n. 2. Ita usuræ in his actionibus præstantur, quæ in ea regione frequentantur, l. 1. princ. l. 37. d. usur. l. 10. §. 3. Mand. l. 39. §. 1. d. Leg. 1.

Dispar in hoc ratio est actionum *stricti juris*; in quibus non veniunt, nisi quæ verbis sunt expressa, ad quæ quippe judicis officium ibidem adstringitur. l. 47. d. N. G. l. 17. §. 1. d. aq. & aq. pluv. arc. act. aut sanè ea, de quibus verisimiliter partes cogitarunt, & quæ contractuum insunt naturæ. Et quæ expressa ita sunt, ea veniunt & observanda sunt, etiamsi non sint consuetudinis. l. 34. d. R. Iur.

X.

3. In *b. f.* judiciis unâ cum sorte debita etiâ usuræ ex mora peti possunt & adjudicari. per l. 32. §. 2. l. 17. §. 4. de usur. l. 13. C. eod. & per plures in omni actionum *b. f.* materiâ occurrentes textus: etiamsi actor non probet sua tanti interesse, sortem citius fuisse solutam, nec specialiter quid de iis ab initio conventum fuerit.

In *stricti* verò *juris* judiciis neutiquàm ex mora, Justiniano jure, debentur, adeoque nec peti ob eandem nec adjudicari possunt. l. 24. in med. d. præscr. verb. l. 3. C. d. usur. arg. d. l. 32. §. 2. l. 1. C. d. cond. indeb. l. 4. C. d. cond. ob turp. ca. ne quidem judiciariâ morâ commissâ. d. l. 1. Bocet d. l. n. 10. ubi se remittit ad Cl. 6. disp. 9. th. 139. Bicc. in R. Q. sect. 5. th. 30. ubi lit. 4. ad LL. obstantes respondet; eleganter Dn. m. Avus Christoph. Harpprecht, d. usur. c. 11. 12. 13. & Dn. Bened. Carpzov. l. F. 2. 30. 17. ubi num. 1. dicit: Juris rationem hoc non pati. Non obst. l. 35. d. usur. quæ quippe non de cursûs usurarum initio per litis contestationem faciendo; sed de prius jam currentium progressu per eam, novationem in se; sed necessariam & sic cumulativam. l. 29. d. novat. l. 86. d. R. Iur. continentem, non impediendo loquitur. l. 1. C. d. judic. Henr. Zoës in Cod. d. usur. q. 3. Nec obst. l. 15. d. cond. ind. quia de naturalibus rei indebitè solutæ accessionibus, quales sunt fructus & partus, loquitur; non de civilibus, quales sunt usuræ & interesse. Sichard, ad d. l. 5. C. d. cond.

†

Ad §. 28. & seqq. I. de Action.

Cond. indeb. in fin. Exceptio ab hoc est in actione ex testamento, qua legata & fideicommissa petuntur, quæ licet, uti d. stricti sit juris; eidem tamen hoc b. f. actionum proprium, ob favorem ultimarum voluntatum, communicatum est. l. 34. d. usur. l. 84. d. Leg. 2. l. 1. C. d. usur. & fr. leg. Aliæ exceptiones videri possunt ap. Dn. Struve π. d. usur. th. 45. In mutuo insuper per Rec. Deput. d. Anno 1600. §. So viel nunt. 152. vers. Oder aber. & Rec. Imp. Noviss. d. A. 1654. §. Anlangend die. 174. aliud admissum esse constat; nempe quod ex mora etiã loco interesse usuræ ex hoc contractu præstari debeant; quod & inclutus isthic Ducatus agnoscit. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 2. t. 1. §. Derjenige / so Geld / Wein / &c. In conditione tamen indebiti servatur adhuc juris Civ. dispositio; quomodo ita Lipsiens. responderunt ap. Bened. Carpzov. d. l. def. 18. in fin. quem sequitur Dn. C. P. Richter p. 2. dec. 74. n. 102. fol. 83. & approbare videtur Dn. Klock, Vor. Camer. Rel. 12. n. 39.

XI.

4. In *b. fidei* judiciis usuræ ex pacto, in continenti contractui adjecto, præstandæ veniunt. l. 5. l. pen. C. d. pact. int. emt. l. 24. in fin. l. 26. §. 1. Depos. Dn. Brunnem, ad l. 13. C. d. usur. & accuratè Dn. m. Avus 6. l. c. 7.

In *stricti juris* autem regulariter non; nisi stipulanti fuerint promissæ. l. 1. l. 3. C. d. usur. & ibi DD. l. 24. d. præsc. verb. l. 17. princ. d. pact. Exceptiones tradit Bicc. d. l. th. 31. Confer Maul, d. l.

Moribus tamen notorio usu ex quolibet pacto serio, etiã stricti juris contractibus, s. in continenti s. ex intervallo, adjecto usuras deberi, docet ex Dn. Brunnem, ad d. l. 3. Dn. Præses, Præceptor m. sanctè demerendus, Disp. Inaug. d. Anatoc. th. 17. & 28.

XII.

5. Igitur in *bonæ f.* judiciis usuræ possunt venire vel officio iudicis, ex mora nempe debitæ. l. 54. princ. Locat. l. 49. §. 1. d. A. E. vel jure actionis, pacto np. si promissæ. d. l. 24. d. l. 26. depos. junct. l. 23. d. R. Iur.

At in *stricti juris* actionibus nunquàm venire possunt officio iudicis; sed tantùm jure actionis, np. ex stipulatione provenientes. d. l. 3. C. d. usur. junct. d. l. 54. princ. Quæ duo inter quàm magna sit differentia, ostendit Joh. Schneidew. ad nostr. §. 28. n. 39. & seqq.

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti juris.

XIII.

6. In *bonae f.* judiciis fructus ex re debita percepti præstandi plerunq; veniunt, etiã nullã morã à debitore commissã. *text. in l. 38. §. 1. §. pen. d. usur.* non obstante illã usurarum cum fructibus comparatione *in l. 34. d. usur.* cui inhæret *dis. Vinn. ad d. §. 28. n. 4.* quia illa non in omnibus procedit, ut ostendit Cujac. 18. *Obs. 3.* patetque, quòd fructus interdum debeantur, ubi non usuræ, *l. 1. C. d. cond. indeb. & per text. prox. d. cond. ind. citandos*; & dispar utrinque ratio militat: in fructibus quippe major est favor, quòd scil. ipsis rebus acceptò ferendi sint, *l. 18. §. 2. ad SCm. Trebell.* at usuræ ex negotiatione & jure percipiuntur, *l. 62. princ. d. R. vindic. l. 121. de V. Signif.* Id quod per singulas actionum *b. f.* species demonstrari posset. Extat id de actione

Commodati *in l. 38. §. 10. de usur.*

Depositum *in d. l. 1. §. 24. Depos.*

Pignoratitia *in l. 1. 2. 3. C. d. pignor. act.*

Emti *in d. l. 38. §. 8. l. 13. §. 1. d. A. E. l. 2. l. 13. C. eod. vid. Dn. Frantzk. w. eod. n. 184. & seqq.* ubi latè & accuratè, quare venditor fructus ante moram ac nondum oblato pretio restituere teneatur.

Fam. *ercisc. in l. 9. C. fam. herc. & ibi Dn. Brunn.*

De aliis aliis in locis.

At in *stricti juris* actionibus distinguit J.C. Ulp. *in d. l. 38. §. 7. d. usur.* (quod non animadvertit Joseph. de Sesse *decis. R. Arag. 18. n. 46.*) utrum quid iisdem petamus, quod prius nostrum non fuit, veluti ex stipulatu, & fructus non consequimur; nisi mora judicialis per litis contestationem fuerit facta: tunc enim æquitas id jubet. *Gædd. d. contrah. stipul. c. 11. n. 13. & seqq. Add. Carpzov. d. l. def. 17. n. 4. & H. Donell. d. fructib. c. 3. fol. 40.* an verò de eo experiamur, quod nostrum est, ab alio tamen tenetur, aut esse nostrum hætenùs non apparuit; quod quidem membrum ibidem omissum ita decidendum putamus, quòd omninò & tunc præstandi veniant fructus à tempore demum litis contestatæ; idque exemplo

Actionis sive interdicti de precario. *l. 8. §. 4. de precar.*

Actionis item fin. *regund. l. 4. §. 2. fin. reg. Non movet l. 56. fam. ercisc.* quæ, non obstante, quòd cum *b. f.* actione jungatur, restringenda ex *d. l. 4. §. 2. verb. sed ante judicium percepti, &c.* an denique id, quod, cum nostrum fuerit, nunc repetamus condictone; quod quidem

dem

Ad §. 28. & seqq. l. de Action.

dem & ipsum ibi non definit, igitur aliunde petendum est, quòd omninò fructus tunc etiàm veniant, utut nulla mora commissa. Patet autem id ex. gr. de

Condictione indebiti ex l. 15. princ. l. 26. §. 12. l. 65. §. 5. d. cond. ind. l. 38. §. 2. d. usur. Perez. in C. b. t. n. 20.

De condictione ob causam ex l. 7. §. 1. l. 12. d. condict. ca. dat. præprimis ex d. l. 38. §. 1. de usur.

De condictione sine causa ex d. l. 38. §. 3. Gædd. d. l. n. 118. Diss. & moram exigere videtur Myns. 6. observ. 50. n. 9. ubi plures alios citat. Conf. Rebuff. tr. de fruct. eorumque restitut. art. 1. n. 3. & seq.

Sed & hinc exceptio est in actione personali ex testamento, quæ licet sit stricti juris; fructus tamen etiàm, ut usuras, ex mora persequitur. d. l. 3. l. 34. de usur. l. 3. C. in quib. caus. in int. rest. & morâ quidem non judiciali tantùm, quam quidem nonnulli solam admittunt ob l. 1. & l. fin. C. de usur. & fr. legat. à speciali casu & inclusione unius ad generalitatem & exclusionem alterius malè procedentes; sed etiàm extrajudiciali, interpellatione causata. l. 78. §. 2. d. leg. 2. l. 26. d. leg. 3. l. 3. princ. d. usur. junct. l. 32. eod. l. 88. d. R. 1. quæ non veterum tantùm est sententia; Gothofr. ad d. l. 78. §. 2. lit. q. sed etiàm recentiores ita sentiunt. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. t. 24. def. 10. Carpz. l. F. 2. 30. 20. ubi duo præjudicia. Quæ alii peperere, circa hoc argumentum, opinionum monstra, recenset Marius Giurba desis. 97. per tot. fol. m. 484.

XIV.

7. In actione emti, quæ b. f. est, veniunt etiàm à venditore præstandi fructus tempore venditionis fundi pendentes. l. 3. §. 1. d. A. E. d. l. 38. §. 8. d. usur. Franc. Munnoz de Escobar d. Ratios. & Comput. 6. 20. n. 4. & 6. 26. n. 2. Petr. Surdus lib. 1. dec. 294. n. 2. & seq.

Secus autem hoc est in stipulatione fundi, in quo fructus sunt pendentes. l. 78. §. 1. de V. obl. verba enim strictè hinc interpretamur. l. 99. d. V. obl. Gothofr. ad d. l. 78. §. 1. lit. f. & tale dari unumquodque debet, quale jure petitum est. l. 2. d. usur. Gædd. d. l. n. 115. Dn. Bocer. d. l. c. 2. n. 7. & fructibus illis separatis fundus promissus nihilominus dicitur fundus; utut in materia vindicationis fructus pendentes æquitate suadente pro parte fundi habeantur. l. 44. d. R. vindic.

XV.

8. Actio b. f. utut ob diei vel conditionis adjectionem obligationis

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti juris.

gioni factam vel nondum cum effectu, vel planè non institui potest usque dum vel dies venerit. §. 2. l. d. verb. obl. l. 9. in fin. pr. de R. C. l. 14. quib. ex caus. in poss. §. 10. l. d. except. vel conditio extiterit. §. 4. l. d. V. O. l. 213. princ. d. v. signif. Franc. Anton. Costa consil. 73. num. 22. 23. ad cautionem tamen interponendam ex justa causa validè agi potest. l. 41. d. judic. l. 6. princ. quib. ex caus. in poss.

Quod in actionibus ex ejusmod. conventionibus *stricti juris* regulariter non procedit, si laboriosum est debitori id facere & fidejussorem invenire: uti receptam hanc esse Dd. opinionem ad d. l. 41. docet Schneid. l. *sapè c. n. 19.* Confer Cujac. 17. obs. 37. & 10. obs. 32.

XVI.

VII. Formâ. I. *essentiali.* B. *fidei* actionum essentia in eo consistit, quòd jus persequendi in judicio, quod sibi ex contractu b. f. debetur, habeat conjunctam à jure facultatem petendi & adjudicandi id, quod æquo & bono convenit; licet nec verbis hoc sit expressum, nec contrahentes verisimiliter de hoc, tempore conventionis, cogitârint. §. 31. l. d. act. §. un. l. d. obl. ex cons. l. 2. in fin. l. 5. princ. d. obl. & act. Magnif. Acad. nostratis h. t. Rector Dn. D. Grave d. *condict. divis. 4. num. 11.* ut ita iudex in his actionibus laxissimas habeat habenas, ex Calcan. *Mantic. d. l. n. 10.*

VII.
Forma
Essentiali.

At actionum *stricti juris* essentia est in eo, quòd jus persequendi in judicio, quod alicui ex conventionione *stricti juris* debetur, habeat conjunctam à jure facultatem petendi & adjudicandi id, quod verbis conventionis expressum est; etiamsi aliàs aliquam iniquitatis rationem videatur habere: insuper verò nihil, nisi quod verba conventionis exigunt, aut *stricta* ejus natura, etiamsi congruum æquitati videatur aliquid ultra adjudicari posse. d. §. un. l. d. obl. ex cons. Hartm. Pistor. *Qq. jur. l. 2. p. 2. q. 49. n. 18.* M. Anton. Natta tom. 2. cons. 44. p. 201. col. 3. num. 6.

Hanc ipsam formulam actiones accipiunt ab ipsa conventionum, quæ eas pariunt, forma & qualitate: ex qua Prætor olim, cum judicia adhuc essent ordinaria, formulam concipiebat, in *bonae fidei* quidem actionibus inserta clausulâ: Ex æquo & bono, aut: Ex bona fide, aut aliis æquipollentibus; propriâ tamen fere in actione rei uxoriæ, nempe: quod æquius melius: sec. quam explicandi veniunt textus in l. pen. §. ult. sol. matr. l. 82. in fin. d. solut. l. 6. §. 2. d. jur. dot. submonente

Ba-

Bachovio ad Tr. vol. 2. D. 7. th. 4. lit. f. Gothofr. in not. ad l. pen. §. ult. lit. e. Ex qua primitus laxam habebat potestatem, quæ postmodum Jctorum disceptatione paulatim pene definita.

In *strictis* autem formulam præcisè sequi tenebatur judex; ita ut ne latum quidem unguem ab eo, quod continebat, recedere potuerit. fac. l. 99. princ. l. 126. §. 2. in fin. de V. obl. l. 7. d. N. G. & sic servum quasi in his est judicis officium. Bicc. in R. Q. d. l. n. 26.

Hodiè sublatis formulis ex ipsis legibus, constitutionibus Principum ac Jctorum responsis & partes & judex norunt, quid petendum, quid adjudicandum sit, idque ex ipsa actionis cujusque natura, quam à jure Civ. accepit. Ita qui actione emti fundum petit, fructus quoque tempore contractus pendentes, etià maturos jam, consequitur; etsi nihil de iis expressum. l. 3. l. 13. §. 10. d. act. emt. non autem consequitur, si aliud convenerit. d. l. 13. §. 10. ἀκριβέστατα Dn. D. Lauterbach/ nostri temporis Jctor. facilè Coryphæus. ω. d. act. Emt. §. 13. n. 4. Quemadmodum si ex stipulatione fundum quis petit, fructus, qui stipulationis tempore fuerunt, (pendentes nempe. Gothofr. ad l. 78. §. 1. d. V. obl.) non consequitur d. l. 78. §. 1. quia de illis nihil expressum, arg. l. 99. princ. eod. ut sup. etià ostensum. Sic in actione venditi, locati & similibus ad usuras etià agitur; etsi non probet actor sua interfuisse, citius habuisse pecuniam; at in actione mutui, jure Justin. usuras non consequitur; etsi præsumptio sit, ad quantitatem usque lege permissar, usurarum moram in restituendo commissam eidem nocuisse.

XVII.

Accidentali. 2. Formâ *accidentali*; quam à loci adjectione obligationi factâ deduco:

Actiones sua natura *stricti juris*, si obligationi locus solutionis adjectus est, ob hanc adjectionem fiunt *arbitrarie*; ità ut actor easdem alio quoque in loco, cum commemoratione tamen loci solutioni destinati, intentare queat; judex verò loci illius adjectionem ex æquo & bono suo arbitrio in sententia æstimare queat. Patet hoc in genere ex arg. l. 7. princ. d. eo, quod cert. loc. In specie

De conditione certi ex mutuo, in l. 6. eod.

Actione ex stipulatione, in l. 1. l. 2. §. 1. eod.

Actio.

Differentia inter Actiones bonæ fidei & stricti juris:

Actione personali ex testamento, in l. 5. eod. Bachov. ad Tr. vol. 1.
D. 23. th. 3. C. & in tr. d. Action. D. 7. part. 2. th. 3. pag. 90. & seqq.

VIII.
Effectu.

At in actionibus *bonæ f.* etsi adjectio loci in obligatione facta, fecus est: actione enim tali alibi institutâ judex non ex loci adjectione hanc facultatem ex æquo & bono arbitrando accipit; sed ex ipsa actionis natura jam habet, d. l. 7. princ. eod. & ibi Dd. communiter; utut parùm sibi constet Menoch, d. arbitrar. jud. l. 1. q. 3. n. 2. & seqq.

XVIII

VIII. Effectu. Is in actionibus *b. f.* est condemnatio & executio in id, quod æquo & bono convenit.

In *stricti* verò *juris* actionibus in id, quod verba conventionis sonant, aut quod stricta actionis natura exigit, per text. supr. add.

XIX.

Præterea in *b. f.* actionibus, *Directis* quidem l. 5. pr. Depos. & pro objecto rem affectionem recipientem habentibus, l. 3. d. in lit. jur. ob eandem non restituentis dolum, l. 5. §. 3. eod. l. 68. d. R. vindic. l. 25. §. 10. d. Her. pet. aut contumaciam, l. 1. l. 2. §. 1. l. 8. d. in lit. jur. junct. l. 36. in fin. d. pecul. vel etiã latam culpam, l. 2. C. d. in lit. jur. arg. l. 32. Depos. l. 1. §. 1. si mens fals. mod. judex admittere potest jusjurandum in litem affectionis, ut nimirum actor pro suo arbitrio & affectione, etiã ultrà verum rei pretium & interesse litem æstimet, isque, judex nempe, in eam summam post condemnet, l. 5. princ. d. in lit. jur. Id quod in specie traditur de actione

2.

Commodati, in l. 3. §. 2. Commod.

Depositum, in l. 1. §. 16. & in l. 5. princ. Depos.

Locati, in l. 18. §. 1. Locat.

Tutelæ, in l. 8. d. in lit. jur. t. t. C. eod. l. 7. d. admin. tut.

Hereditatis petitione, in l. 20. §. fin. l. 25. §. 10. d. Her. pet.

Ex stipulatu de repetenda dote, in l. 25. §. 1. sol. mat.

At in *stricti juris* actionibus hoc juramentum non habet locum, l. 5. princ. junct. §. fin. l. 6. d. in lit. jur. Ilico Umm. ad proc. disp. 20. th. 4. num. 20. ubi hoc Dd. ita communiter docere asserit; sed juramentum in litem veritatis tantùm in his judiciis, suis in casibus, admittitur, Id. Umm. d. l. th. 7. n. 33.

XX.

3. In *bonæ fidei* judiciis si quando æstimatio rei debitæ sit faciendâ,

3.

da,

Ad §. 28. & seqq. l. de Action.

da, & pura quidem subsit obligatio, ita ut nec etiã diem aut locum certum adjectum habeat, inspicitur, utro tempore res pluris fuerit, nempe vel moræ vel rei judicandæ. *l. 3. §. pen. l. 21. §. 3. d. act. empt.* non quanti etiã medio tempore, & sic unquã res plurimi fuit; itã quidem juxtã A. Fabrum, qui *16. conject. 11. & 17. err. pragm. 1. & seqq.* contra Cujac. in *l. 59. de V. obl.* & alios latè hoc disputat & propugnat, ex eo, quòd: utrum, ejusque ἀπόδοσις alterum & neutrum: in duobus, non in pluribus consistant; nec æstimatio quanti unquã plurimi locum agnoscat, nisi certis & à lege definitis casibus. *l. 8. §. 1. d. cond. furt. l. 67. §. 2. d. furt. l. pen. Rer. amat. l. 2. §. 3. d. priv. del. princ. Inst. d. L. Aquil. l. 2. l. 21. eod.* iisque ut plurimum controversis. Excipiunt tamen contrarium mandati judicium. *l. 37. Mand. vel negotiorum gestorum, arg. l. 20. §. 1. d. t. fidejussori contra principalem competens.* Cujac. *tr. 8. ad Afric. in explic. d. l. 37.* dissentiat licet Donell. in *l. 22. d. R. Cred.*

In *stricti* verò *juris* actionibus sicubi fieri debet rei debitæ æstimatio, magis esse tradunt, ut litis contestatæ tempus præcisè spectetur. *l. 22. d. R. Cred. l. fin. d. cond. tritic. l. 3. §. 2. commod. d. l. 37. Mandat. l. 28. d. novation. fac. l. 2. d. usur.* etiamsi mora præcesserit. per *dd. text. fac. l. 3. princ. d. usur.*

Verùm fatendum, quòd ab Anton. Fabro dissentiant communiter Dd., actori, post mora, mòmne id præstandum esse, quanti unquã res plurimi fuit à tempore moræ, mordicùs contendentes. Confer. Dn. Struv. *ω. d. in lit. jur. th. 80. & ω. d. condict. triticar. th. 64.*

Cæterùm hæc itã, si æstimationis mutatio ante sententiam contigerit, vera esse; diversum autem, si horum quid post condemnationem eveniat (quo de casu dubio procul sermo est Ulp. in *l. pen. d. condict. tritic.*) statuit idem Ant. Faber *16. conject. 4. & 16. err. pragm. 10. fac. l. 7. C. d. exec. rei judic.*

In quorum tamen omnium veritatem inquirere extra nostrum brevitatis institutum esse arbitramur.

Quodsi autem pura quidem sit obligatio; sed de certo (de incerto quid sit dicendum, docet *arg. l. 11. in fin. d. re judic.* Donell. in *l. 22. d. Reb. Cred.* quem tamen deserit Cujac. *d. l.*) die vel loco convenerit, dubium est nullum, quin utrobique ejus temporis locive sit habenda ratio, i. e. tam in *strictis l. 59.* ibique Cujac. & *l. 60. d. verb. obl. d. l. 11. in fin. d. re judic. l. 12. §. 1. si quis caution. l. 22. d. R. Cred. l. fin. d. sou-*
dict.

Differentia inter Actiones bonæ fidei & stricti juris.

dist. titic. l. 37. vers. nisi forte. Mand. quàm in bonæ fidei judiciis. arg. l. 3. §. fin. d. act. empt. d. l. 11. in fin. Cujac. d. l. Ant. Faber 16. conject. 6. & seq. & 16. err. pragmat. 4. idque præcisè, nullâ moræ subsequentis habita ratione; etiamsi interea crevisset æstimatio, per text. expr. in d. l. 59. d. l. 11. in fin. d. l. 3. §. fin. d. Act. Empt. nec enim major debet obligatio fieri, quòd tardiùs agatur. l. 21. §. 3. d. Act. empt.

Quid juris sit, ubi conditionalis fuerit obligatio, exponit latius Ant. Fab. d. l. err. 5.

XXI.

IX. Contrariis, i. quidem concernentibus *constituendas* adhuc has actiones. Scilicet actio *B. fidei* nunquam nascitur, si dolus (quoad metum se-ens est. l. 4. l. 5. C. d. his, que vi met. ca. Dornsp. g. d. Except. l. 2 p. 2. c. 21. fol. m 567. Diss. tamen enormiter lapsus Joh. Cöppen. l. 2. O. 107. n. 6.) causam dederit contractui (i. e. si læsus contractum aliàs non fuisset initurus; nisi ad illum ineundum dolo fuisset inductus, Bicc. in R. Q. sect. 5. th. 33.) ex quo nasci debet. l. 7. princ. d. dol. l. 16. §. 1. d. minor. l. 4. C. d. her. vel act. vend. l. 6. C. d. long. temp. præscr. l. 3. §. fin. pro soc. l. 22. §. 2. sol. matr. uti hanc sententiam communiorem & receptiorem appellat Schneid. d. l. n. 24. modò deceptus hoc ità velit. Idem d. l. n. 28. Vitalis de Cambanis tr. d. claus. p. 366. n. 22. Dn. Bocer. d. l. n. 15. qui quatuorplures allegat & simul notat eos, qui se huic distinctioni opponunt: Idque locum & tunc arbitramur habere, si contractui tali juramentum accesserit. Abb. in c. cum contingat. n. 23. ubi Alciat. num. 13. d. jurejur. convenienter c. non est obligatorium d. R. I. in 6. & c. quamvis pactum. 2. ibi: si tamen juramento. d. pact. eod. post Anton. de Padilla, Joh. Gutierrez, d. juram. confirm. p. 1. c. 37. n. 12. Sebast. Medices d. cas. fortuit. p. 1. q. 10. n. 24. Non obst. quòd res ex ejusm. negotio jam tradita fuerit, ac rescindi contractus dicatur in l. 5. C. de resc. vend. quo textu motus Bachov: tr. d. Action. disp. 6. th. 17. & seq. communi sententiæ in hoc casu contrarium docuit; quia id dicitur ibid. de contractu invalido, imperfecto, ut ex ipsa versiculorum textûs collatione apparet. Anton. Perez. C. de dol. mal. num. 6. quia scilicet de facto per traditionem processerat, ut post Accurs. notavit Cujac. ad d. l. 7. princ. d. dol. Add. Vinn. d. l. n. 4. P. Bus. ad d. l. 7. princ. Mascard. d. probat. vol. 1. concl. 75. num. 11.

Stricti verò juris actio utique nascitur, etiamsi dolus conventioni

IX.

Contrariis, concernentibus has actiones, ne sine

I. Constituendæ.

†

Ad §. 28. & seqq. l. de Action.

tionem causam dederit; (quid si jurata? Vid. post Bald. *cons. 203. Manrica d. l. p. 19. num. 35.*) Læsus ergo doli vel actione vel exceptione sibi ut consulat, necessarium est, *l. 5. C. de inutil. stipul. l. 36. & ibi Dd. d. v. obl. P. Bus. ad d. l. 7. princ. de dol. Dn. m. Proavus ad d. §. 28. n. 20. & seqq. ubi ad contraria fusè. Consul. Arn. Vinn. Sel. Qq. l. 1. q. 12. Mozz. d. tr. d. contract. art. 4. num. 22. & seqq.*

Quod si dolus incidens est, utrobique quidem contractus ipso jure subsistit; sed ad eum actione purgandum in b. f. contractibus opus est ipsa ex contractu descendente actione; at in stricti juris conventionibus actione de dolo *d. l. 7. §. 3. d. dol. l. 13. §. 4. d. act. emt. Schneidew. d. l. n. 31. & seq. Bicc. d. l. n. 33. Bachov. d. l. Si verò exceptione quis est defendendus, doli exceptionem inde habet. Notat autem Dn. Bocer. d. l. in fin. quòd velint æquitate Canonica idem in hoc casu, quoad stricti juris contractus obtinere, quod quoad contractus b. f. nempe quòd & ii ipso jure nulli sint.*

XXII.

II
Constitutæ.
c.

II. *Ut constitutæ sunt & natæ.* Ubi sciendum s. Quòd actio *bonæ f.* nata semel non extinguatur ipso jure tanq. solutione, si res debita dolo vel culpa debitoris deterior fuerit restituta adeoque adhuc institui potest. *arg. l. 3. §. 1. commod. ubi de commodati, & l. 1. §. 16. Depos. ubi de depositi; l. 24. §. 1. d. pignorat. act. ubi de pignoratitiâ; l. 18. §. 1. commod. ubi de tribus hisce; l. 18. §. 1. d. act. E. ubi de emti; l. 84. §. 4. d. leg. 1. ubi de personali ex testamento, b. f. actionibus & in hoc simili, actione agitur. Cujus ratio est: quòd congruit bonæ fidei, ut res omninò integra præstetur; cum aliàs integer ejusdem & proprius usus obtineri non possit. Bachov. d. Act. D. 6. th. 16. Dn. m. Proavus ad *sa-pè d. §. 28. n. 52. Sichard. ad l. 7. C. ad exhib. n. 7. Id quod verum esse, etiamsi creditor sciens acceperit, contra Mozz. d. commod. 7. column. n. 6. deducit Sichard. d. l. C. l. A. π. commod. th. 13.**

Utrum autem creditor pretium deteriorationis & rem deterioratam simul teneatur accipere, an verò rem talem respuere & pretium totius rei exigere queat? V. D. Hahn. *ad Wesemb. π. commod. num. 10. cujus quæstionis insignem usum ostendit Sichard. ad d. l. 7. C. ad exhib. num. 8.*

At actio *stricti juris* extinguatur re debita etiam dolo vel culpa deteriorata reddita, e. g. si promisso fundo ante traditionem servitutem

im-

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti juris.

imposuit debitor, aut animali promissio venenum dedit. l. 7. §. 3. d. doli mal. Quare ad interesse deteriorationis subsidiaria vel doli vel in factum actione tunc agendum est. d. l. 7. §. 3. fac. l. 7. C. ad exhib. Schneid. d. l. n. 43. & seq. Oldendorp. d. action. divis. 13. differ. 6.

XXIII.

2. *Bonae Fidei* actio exceptione peremptoria & olim fuit elisa, & nunc adhuc eliditur; etiamsi tempore litis contestatae non fuerit objecta aut contestata, sed postmodò id fuerit factum, antequàm sententia lata; hoc enim est, quod dicitur: B. f. judiciis exceptiones inesse. l. 3. d. resc. vendit. & ibi ex Cujac. Gothofr. lit. p. & q. l. 84. §. 5. d. leg. 1. l. fin. de Her. pet. l. 21. in fin. sol. matrim. Zanger d. except. p. 3. c. 23. n. 12.

At *stricti juris* actio jure Justin. exceptione tali amplius non eliditur; si non, olim quidem, cum ordinaria adhuc essent judicia, in jure, apud Praetorem nempe; postmodum autem ubi extraordinariis judiciis acceptum est, in ipsa litis contestatione in iudicium fuerit deducta & sic contestata. l. 8. l. 9. C. d. except. l. 9. C. d. long. temp. praeser. Non obst. l. 2. C. sent. resc. non poss. quae quippe non de exceptionis contestatione; sed de contestatae probatione agit. Cujus ratio est: quòd in his judiciis aliquid per litis contestationem in ea deducitur. l. un. C. d. lit. contest. l. 18. comm. divid. Dn. Brunnem. ad d. l. 8. & 9. deductum autem nihil intelligitur; nisi quod verbis expressis deductum continetur. Diss. cum aliis Umm. ad proc. disp. 58. num. 7.

Moribus tamen nostris haec differentia non attenditur, teste eod. Umm. d. l. & Brunnem. d. l.

Has differentias in ordinem ac methodum consuetam ita redegisse sufficiat: omnia namq; differentiarum exempla persequi velle plus haberet ostentationis, quam iudicii, ut cum Baron. ad d. §. 28. l. d. act. sentit Bicc. d. l. 35. inf.

XXIV.

Quae actionum divisio & differentia nec jure Canon. sublata est, per c. cum Ecclesia. 3. §. verum quoniam, & ibi Gl. x. d. caus. poss. & propr. cap. fin. x. de depos. & c. cum venerabilis. 6. §. adhuc Episcopus. ibi: cum permutatio inter contractus b. f. computetur. x. d. except. post Vult. Wesemb. Ludw. d. D. iust. 16. th. 6. a. & alios citatos Bocet. d. l. c. 2. num. 12. ubi scribit: Nusquam, quod sciat, in libris Canon. juris ullum extare textum, quo hoc inter contractus discrimen tollatur.

An haec
Actionum
Divisio
Sublata
Iure
Canonico?

Ad §. 28. & seqq. l. de Action.

tur. Plures consent, congeffit. Dn. Rebhan in hodeg jur. C. 2. cl. m. 4. p. 726. & latè propugnat Dn. m. Proavus, p. m. l. sepè c. n. 54. & seqq. & in Colleg. Disput. part. 2. disp. 21. thes. 12. D. post Bald. Mozz. Cagnol. Vafq. & alios, Gothofr. in not. ad Schneid. d. l. n. 20. P. Buf. ad d. l. 7. princ. d. dol. mal. Dn. Klock. Not. Camer. Rel. 12. num. 77.

Consuetudinario?

Neque moribus; post alios idem Ludwel. d. l. novissimè Brandmyler. d. l. p. 24. licet ab una vel altera differentia mores recesserint. Diss. Vinn. d. l. num. 4. in fin. & ad §. 11. num. 6. Inst. d. except. ubi hodiè moribus vi & effectù omnes actiones b. f. esse putat; sed de suo loquitur foro: quemadmodum etià de speciali consuetudine statuentes ità Dd. exaudit P. Buf. d. l.

Observatio de quad. clausula Pactorum.

Nec porrò tollitur speciali partium pacto, adjectâ clausulâ: *Alles getreulich und sonder Gefährde.* Dn. m. Proavus d. l. Hering. d. fidejussor. c. 17. num. 24. quippe cùm bona fides aliter hîc accipiatur; aliter in ejusmodi clausula, ubi dolo malo opponitur: sed & ap. Romanos jam olim in usu fuerit. l. 119. l. 121. princ. d. V. obl. nec tamen ullo in juris textu hîc ei effectus tribuatur. Contrarium quidem, post Wesemb. conf. 14. num. 17. mavult Georg. Bartschamp. tr. d. claus. §. 9. §. 4. in fin. Sed tamen & ipse seq. §. 5. in fin. p. 228. in supremo Saxon. foro super ejusmodi obligationibus, quibus ista clausula sub calcem fuerat adjecta, multoties memorat judicatum, usuras non deberi; nisi (invitâ tamen & hîc jurisprudentiâ per supradd.) à tempore demùm litis contestatæ.

An exceptio doli stricti jur. judicium faciat bona fides?

Denique in eâ quosdam hæretici videmus, ut existiment, actiones stricti juris, oppositâ doli mali exceptione planè bonæ fidei fieri. Cujac. l. 3. O. 17. l. 8. O. 16. Giphani. ad l. 42. d. m. c. donat. n. 11. & seqq. Vult. ad nostr. §. 28. num. 14. quàm tamen *ἀπὸ τῶν ὄντων*, multis ostendit rationibus Gædd. d. contr. stip. c. 8. n. 29. & 30. quibus unicam hanc subnectimus: quòd, cùm jam olim in b. f. judiciis ipso jure compensatio fuerit admissa. §. 30. l. d. act. in stricti verò juris actionibus per exceptionem doli mali demùm à D. Marco sit introducta. d. §. 30. frustranea utique fuisset hujus Principis constitutio, si doli mali exceptio tantum valuisset, ut ex stricto b. f. faceret judicium; cùm eadem longè ante ipsius ætatem in usu fuerit. Queis Contraſent. nituntur autoritatib. (l. scil. 42. d. mort. C. donat. & l. 3. C. d. exc.) nullo negotio refelluntur ex iis, quæ suggerit Bocer. Cl. 6. D. 9. th. 116. Conf. Dn. Struv. w. de exc. d. m. n. 40.

T A N T U M!